

- 12 circa institutiones, & substitutiones iam factas, vel mutare testamentum, & ideo dicitur imperfectum, id est non confectum seu nōdum absolutum, hoc enim significat verbum imperfectum, ut ex lingua latinae probatissimis authoribus affirmat Calpinus verbo imperfectum pag. 514. & hoc sequitur Parisius cons. 146. vol. 4. n. 7. 8. & 10. & Rodericus Suarez vbi supra d. quest. 4. sed melius alij hoc testamentum in totum invalidum esse dicunt ex eo, quod testamentum quid individuum est, cuius qui partē fecit, nihil fecisse videtur, cum non possit valere pro parte, *l. furiosum vbi Glos. C. qui testam. fac. poss.* Et capit vires, & perfectionem ab ultimo puncto & à silaba conclusiva, in qua eius forma dicitur conclusis, forma autē ex consummatione operis consistit. *l. is qui quadraginta, d. quaedā, ff. ad l. falcid.*
- 15 Et ideo nihil actum dicitur, si aliquid superest agendum, *l. cum Syllan. an. C. de his quibus ut indignis.* Sic tenent Bald. in d. l. si quis nu. 1. & in l. quod sine C. de testament. Paulus de Castro num. 3. Immola num. 30. Iason cons. 8. lib. 3. Socinus nepos cons. 147. vol. 2. num. 19.

Ruinus cons. 1. vol. 3. num. 21. Surdus cons. 238. numer. 19. lib. 2. Menochius cons. 224. n. 5. & 6. & de presumptionibus lib. 4. pres. 5. num. 5. Mantica de coniect. ultim. volunt. lib. 2. tit. 4. n. 4. Paul. Bellonus in §. sed cū palatinu. 47. instit. de testam. Alciatus lib. 9. respons. cons. 3. num. 8. Valentinus Forsterus de success. ab intest. lib. 1. cap. 19. num. 2. Polidorus Ripa de divid. & individ. sect. 22. num. 16. Argel. de acquirend. possess. quest. 6. art. 3. num. 15. Mieres de Maioratu i. part. quest. 55. nu. 27. Parladorus. lib. 1. cap. 6. num. 11. vbi quod testamentum est individuum, inquit, quia voluntas res facti est, *l. bona fidei, ff. de acquir. rer. domin.* Factum autem secundū naturam divisionem non recipit, ut n. 3. & 5. cum seqq. non malè probat. Idem tenent Covarrubias in cap. relatum n. 11. de testament. Peralta in l. si quis in principio testamenti nu. 31. & 45. ff. de legat. 3. Antonius Gomez in l. 3. Tauri nu. 19. Et ibi Tellus Ferdinandez cod. num. Azevedus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. num. 63. & 64. Castillo lib. 4. controvers. cap. 21. ex numer. 16. usque ad 22. Gratianus cap. 550. numer. 9. discept. forensi Gas-

- Gasp. Anton. Thesaurus lib. 4. forensium quest. 28. num. 7. Paschalis de Patr. Potest. part. 2. cap. 8. num. 59. Valascus consult. 149. n. 7. Marta de success. legal. part. 4. quest. 1. art. 7. nu. 3. vbi num. 4. pro ratione decidendi addidit, quod sicut contractus perfectio consistit in conclusione omnium partium *l. si voluntate, C. de res. cind. vendit.* Et ibi Baldus, & quando duo requiruntur, contractus dicitur in ultimo perfici, & consummari, *l. quoties, C. de rei v̄dicatione.* Sic testamentum non dicitur ratione voluntatis perfectū, nec sustineri debet, quando integraliter completum non fuit. Cui etiam facit illud, quod iure certissimo constitutum est, ea, quæ in faciendo consistunt, quoniam divisionem non recipiunt, à postremo actu perfectionem recipere, *l. servitutes, l. in executione, ff. de verb. obligat. l. 1. §. si usufructus, ff. ad leg. falcid. cap. 20. nihil. 7. quest. 1. Parladorus lib. 2. quotid. cap. 7. num. 12.*
- 18 Ampliatur primo dicta conclusio, ut procedat, etiam si in tali testamento fuisset Princeps hæres scriptus, adhuc si imperfectum sit imperfectione voluntatis, in va-

lidum omnino est, & nihil ex eo debetur, *l. ex imperfecto, ff. de legat. 3. l. ex imperfecto, C. de testamentis* Tiberius Decianus respons. 46. num. 14. vol. 2. ratio est, quia Princeps licet legibus sit solutus quoad vim coactivam, quoad directivam tamen legibus tenetur Princeps; decet enim Maieitati Principis eas servare leges, quibus ipse solutus videtur. Sic concordantes textum in l. Princeps, ff. de legibus cum l. digna vox, C. eodem §. fin. instit. quib. mod. testam. infirm. cap. iustum 9. dist. Et alijs iuribus Fachineus lib. 1. controversiarum cap. 2. Castillo de tertijs tom. 7. cap. 18. num. 2. qui quadraginta, & octo Authores ad hoc commemorat. quibus addo Cælium Rodigium, lib. 2. antiquarum lectio num. cap. 19. Pareja ad legem Iuliam, & Papiam num. 3. Amaya lib. 1. observat. cap. 1. a. num. 22.

Ampliatur secundo conclusio dicta, ut non valeat testamentum imperfectum ratione voluntatis, etiam si contineat clausulam codicillarem, *l. ex ea scriptura, ff. de testamentis.* Et ibi Ioannes de Immola, Baldus, & Gotofredus litt. D. l. fideicommiss. §. quoties,

ties, ff. de legat. 3. Glof. in l. eam quam C. de fideicommissis. Bartolus in l. 1. num. 8. ff. de iure codicillorum. Paulus de Castro, in d. l. si quis eum testamentum col. fin. Anton. Gomez in l. 3. Tauri num. 106. vers. tertio extendende, vbi Tellus Ferdinandez, 5. part. num. 10. Peralta in d. l. si quis in principio num. 45. Castillo d. cap. 21. num. 4. Rodericus Suarez d. q. 4. Azevedus in l. 3. tit. 4. lib. 5. num. 64. Padilla in l. ex testamento num. 7. & 8. C. de fideicommissis, Iacobus Cancerius tom. 3. var. cap. 20. num. 406. Seraphinus de privilegijs iuramenti, privil. 84. num. 5. Tiraquellus in l. si unquam verbo donatione largitus num. 266. C. de revocand. donat. Benedi. de Capra comun. opin. tom. 2. lib. 18. lit. T. pag. 371. Cozza de remedijs subsidiarijs remed. 82. Antonius Faber in C. lib. 6. tit. 5. de testament. definit. num. 4. in fine. Fabius Turretus de effectibus clausulae codicillaris, quest. 22. la 1. num. 2. Mantica de coniectur. ultim. volunt. lib. 5. tit. 2. num. 9. & lib. 6. tit. 4. num. 15. Gasp. Anton. Thesaurus lib. 4. cap. 28. num. 13. Gratianus d. cap. 550. num. 9. & cap. 774. n. 4. & cap. 764. num. 36. Paschalis d. cap. 8. num. 88. Caldas Pereira quest. fo-

rens. lib. 2. quest. 26. Gaillius lib. 2. observat. 114. nu. 12. Barbosa de clausulis, claus. 11. num. 19. Sfortia Oddus conf. 89. nu. 25. vbi bene cum communi resolvit, clausulam codicillarem non operari vbi voluntas deficit. Alciatus conf. 527. num. 1. Oldradus conf. 171. nu. 18. Petrus Surdus conf. 258. n. 23. & conf. 232. nu. 36. & decis. 37. num. 7. Ioan. Maria Riminaldis, conf. 329. num. 8. & 29. vol. 2. Aymon Craveta conf. 110. num. 3. Beroius conf. 1. nu. 77. lib. 2.

2 1 Contra quam ampliacionem se se offerunt textus in l. fin. vers. illud quoque. C. de codicillis, vbi habetur, quod omnia contenta in testamento nullo, & imperfecto valent, & censentur repetita ab intestato posita clausula codicillari. Textus quoque in l. in testamento, ff. de fideicommissarijs libertatibus, vbi si legatum relinquatur personae dilectae testatori in testamento imperfecto, debetur legatum a venientibus ab intestato, & Baldus notat textum ad hoc quod ardor liciti amoris operatur effectum clausulae codicillaris, & ita licet ex testamento non debeat, quia imperfectum fuit, de-

be-

betur tamen ab intestato. Sed haec iura facillime dissolvuntur, & certa, & indubitata manet ampliatio conclusionis, vt nihil ex testamento imperfecto ratione voluntatis debeat, etiam si in eo posita sit clausula codicillaris, quia haec tantum operatur circa solemni iuris, non tamen circa voluntatem, cuius imperfectio in totum destruit testamentum; sic bene dicunt Turretus, Benedictus de Capra, Oddus, & Cancerius vbi supra, & optime Tellus in dict. l. 3. part. 5. num. 11. vbi quod clausula codicillaris opitulatur cum voluntate testatoris, ea vero deficiente nihil operatur. Textus autem in dict. l. fin. debet intelligi, quando testamentum est nullum, & imperfectum ratione solemnitate, quia deficiunt solemnities in illo, quae non supplentur nisi in casu dictae legis si quis cum testamentum: tunc ergo clausula codicillaris operatur, vt contenta in testamento debeantur ab intestato: Sic respondent, & intelligunt praedictum textum Bartolus, in l. 1.

ff. de iure codicillorum quest. 4. Antonius Gomez vbi supra dict. numer. 106. Barbosa numer. 10. & 16. Valascus consultat. 183. numer. 12. Textus autem in l. in testamento, ff. de fideicommiss. libertat. Loquitur etiam in testamento minus solemni, vt continetur infra cap. sequent. numer. 39. & 40. Et tenet Azevedus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilation. num. 107. Ampliatur tertio dicta conclusio, quod ex testamento imperfecto ratione voluntatis nihil debeat, vt procedat etiam de iure Regio in legatis, quia licet debeantur legata cum deficit testamentum ex decisione l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinand. l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilationis, vbi disponitur, quod licet testamentum non valeat, conserventur legata, & omnia in eo contenta debeantur ab intestato; tamen debet intelligi, quando testamentum deficit ratione solemnitate, non vero ratione voluntatis. Ita animadvertunt Antonius Gomez dict. numer. 106. in fine, Castil-